rum et paxillorum numerum determinasse; praeterquamquod et vasa auri et argenti, et thuribula, candelabra, lampades, utensilia, vestes ac minima quaeque in ipsis Sacrificiorum et oblationum actionibus, legimus voce divina dictata (cf. Exod. XXV. et seq.).

Quod autem lege sacra Deus ordinavit quoad Sacrificia antiqui foederis, quae nihil aliud erant quam futurorum umbra, siquidem *omnia in figura contingebant illis* (I. Cor. X, 11); non minus in Ecclesia nova, in qua ipsum cruentum ab Unigeno Filio Dei consummatum in Cruce Sacrificium, a solis ortu usque ad occasum, incruenter, in omni loco hostia munda et immaculata offertur (cf. Malach. I, 11), statui et ordinari oportebat.

Hinc est quod Tridentina Synodus (Sess. XXII.) ait: *Pia Mater Ecclesia ritus quosdam, ut scilicet quaedam submissa voce, alia vero elatiore pronuntientur, instituit, caeremonias adhibuit, ut mysticas benedictiones, lumina, thymiamata, vestes aliaque id genus multa ex apostolica disciplina et traditione, quo et maiestas Sacrificii commendaretur, et mentes fidelium per haec visibilia religionis et pietatis signa ad rerum altissimarum quae in hoc Sacrificio latent contemplationem excitarentur.* Proindeque ipsa sacra Synodus in eadem sessione prohibet, *ne Sacerdotes alias quam debitis horis celebrent, neve ritus alios, aut alias caeremonias adhibeant, quam quae ab Ecclesia probatae et receptae fuerint.* Anathemate damnat *eos, qui asserunt acceptos et approbatos Ecclesiae ritus pro libitu omitti posse, aut in alios mutari.*

Nobis igitur, dilectissimi Fratres, qui vel per Sacramentum Ordinis ad tantam dignitatem evecti sumus, ut vere Sacerdotes et *dispensatores Mysteriorum Dei*

nominemur et simus (cf. I. Cor. IV, 1.), vel per religiosae vitae professionem Deo dicati, divino cultui consecrati, duplici hoc Sacrificio laudis et expiationis toto vitae cursu incumbere necessario debemus, talia persaepe consideranda sunt, nobisque specialiter ab Ecclesia Christi dicta fuisse censendum, quae in veteri lege Moyses Levitis dicebat: « *Observa, et cave nequando obliviscaris Domini Dei tui, et negligas.... caeremonias, quas ego praecipio tibi* » (Deut. VIII, 11).

Et hoc quam maxime, quoniam Seraphicus Pater noster Franciscus, vir vere catholicus, stricte praecepit in sua s. Regula, suos Fratres secundum ritum sanctae Romanae Ecclesiae divina persolvere debere, et in suo Testamento in eamdem damnationem induxit eos qui voluerint aliquo modo haec variare, et eos qui in haeresim prolapsi forent.

Haec, uti probe iam scitis, considerantes Patres Vocales ultimi nostri Generalis Capituli, Romae habiti mense Maio anni millesimi octingentesimi octuagesimi quarti, unanimi consensu proposuerunt, ut tandem quod centies promissum fuerat, et in votis omnium erat, CAEREMONIALE ROMANO-SERAPHICUM ad usum Congregationis nostrae ederetur, quod omnes ubique pro recta norma sequentes unanimes uno ore honorificarent Deum. Et en, Fratres carissimi, tandem aliquando, quod desideratum vehementer erat, Opus iuxta Missalis, Breviarii, et Ritualis Romani Rubricas, habita quoque Caeremonialis Episcoporum, Pontificalis Romani, aliorumque Ecclesiae catholicae liturgicorum Librorum ratione, recentissimis S. Rit. Congregationis Decretis inspectis, probatisque auctoribus consultis, maxima cura exaratum,

iudicio Reverendissimi Pontificii Caeremoniarii et Sacrae Congregationis Caeremonialis Consultoris ab ipsa S. C. designati discussum, aliorum quoque Consultorum audito iudicio, et eiusdem tandem Sacrae Congregationis licentia editum Vobis proponimus.

Una sit igitur in omnibus, sive in celebratione divinorum Mysteriorum, sive in divinis laudibus persolvendis, sive in caeteris tum universalis Ecclesiae, tum propriis Ordinis nostri functionibus adimplendis mentis conformitas, cordis consonantia, ac caeremoniarum etiam minimarum perfecta concordia.

Vetera hinc Caeremonialia aut Ritualia sive Ordinis sive particularium Provinciarum abrogentur; particulares etiam a longo tempore introductae consuetudines deserantur; abusus, si qui sunt, ubique tollantur, ut et per manus nostras a solis ortu usque ad occasum in omni loco divino Nomini oblatio munda offeratur, et unanimes uno ore honorificemus Deum, ipsum collaudantes in terris, donec omnes simul ipsius gloria perfruamur in coelis.

Datum Romae ex domo S. Nicolai Tolentini die 2 Augusti 1892.

Fr. Bernardus ab Andermatt
Min. Glis. Cap. l. i.

INDEX RERUM SYNOPTICUS

Decretum S. Rit. Congregationis.. . . . . PAG. III
Ad omnes Ordinis nostri Fratres. V
Index rerum synopticus. IX

PARS PRIMA

De rebus ad divinum cultum spectantibus in genere.

CAPUT I.

DE VARIIS SIGNIS CAMPANAE 1

CAPUT II.

DE MODO INGREDIENDI CHORUM, CONVERSANDI IN EO, ET EGREDIENDI EX EO 6

§ I. - De modo ingrediendi Chorum 6
§ II. - De modo conversandi in Choro 8
§ III. - De modo Choro egrediendi 9

CAPUT III.

DE QUIBUSDAM ACTIBUS IN CHORO ET IN ECCLESIA FACIENDIS. 10

§ I. - De signo Crucis faciendo 10
§ II. - De tempore et modo standi et sedendi in Choro. 12

§ III. - De mutuis conversionibus ad invicem et ad Altare. 13
§ IV. - De inclinationibus 14
§ V. - De genuflexionibus. 17
§ VI. - De prostrationibus cum osculo terrae 19
§ VII. - De coniunctione et contectione manuum. 20
§ VIII. - De brachiorum extensione. 21
§ IX. - De pectoris percussione 22
§ X. - De aperiendo et operiendo capite, et de mantello deponendo. 23
§ XI. - De ritu et cantu in divino Officio servando 24

PARS SECUNDA

De divino Officio.

CAPUT I.

DE ATTINENTIBUS AD ILLOS, QUI DIVINO OFFICIO IN CHORO INTERSUNT 29

§ I. - De officio Superioris in Choro. 29
§ II. - De officio Hebdomadarii 31
§ III. - De officio Acolythorum. 36

CAPUT II.

DE HORA PERSOLVENDI DIVINUM OFFICIUM 41

CAPUT III.

DE HORIS CANONICIS IN PARTICULARI 43

§ I. - De Matutino et Laudibus. 43
§ II. - De Horis parvis. 46
§ III. - De lectione Martyrologii facienda ad Primam. .. 48
§ IV. - De Vesperis et Completorio 51

CAPUT IV.

DE ALIIS OFFICIIS IN CHORO RECITARI SOLITIS 52

§ I. - De Officio parvo B. Mariae Virginis 52
§ II. - De Officio Defunctorum in Choro persolvendo .. 54
§ III. - De Psalmis Gradualibus 59
§ IV. - De septem Psalmis Poenitentialibus, deque Litaniis in Choro recitandis 60

CAPUT V.

DE ANTIPHONA FINALI B. M. V. ET ORATIONE « SACROSANCTAE » 61

CAPUT VI.

DE PRIVATA OFFICII DIVINI RECITATIONE 63

PARS TERTIA

De Sacrificio Missae.

ARTICULUS I.

DE SACRIFICIO MISSAE IN GENERE.

CAPUT I.

DE REQUISITIS AD CELEBRATIONEM MISSAE 65

§ I. - De loco et tempore celebrandi Missam 65
§ II. - De Altari 68
§ III. - De vasis sacris 71

§ IV. - De paramentis sacris. 72
§ V. - De materia Sacrificii 79
§ VI. - De aliquibus defectibus in celebratione Missae occurrentibus 81

CAPUT II.

DE ACTIONIBUS SPECIALIBUS IN SACRIFICIO MISSAE OCCURRENTIBUS 90

§ I. - De Crucis efformatione 90
§ II. - De inclinationibus 92
§ III. - De genuflexionibus. 94
§ IV. - De gestis manuum in celebratione Missae 97
§ V. - De Altaris osculatione 100
§ VI. - De oculorum elevatione. 101
§ VII. - De voce seu pronuntiatione in Sacrificio Missae. 101
§ VIII. - De iis, quae Celebrans memoriter scire debet .. 103

CAPUT III.

DE PARTIBUS MISSAE VARIABILIBUS 104

CAPUT IV.

DE MISSAE CULTUIQUE DIVINO INSERVIENTIBUS. 116

§ I. - De officio Sacristae 116
§ II. - De officio Inservientium Missae privatae 124
§ III. - De officio Inservientium Missae, in qua fit incensatio Altaris. 131

ARTICULUS II.

DE SACRIFICIO MISSAE IN SPECIE.

CAPUT I.

DE RITU SERVANDO IN MISSA PRIVATA GENERATIM 140

§ I. - De praeparatione ad Missam 140
§ II. - De ingressu ad Altare 143
§ III. - De principio Missae usque ad Offertorium. 146
§ IV. - De Offertorio usque ad Canonem 151
§ V. - De initio Canonis usque ad Consecrationem 156
§ VI. - A fine Consecrationis usque ad Communionem .. 161
§ VII. - A Communione usque ad finem Missae 170

CAPUT II.

DE SPECIATIM SERVANDIS IN QUIBUSDAM MISSIS PRIVATIS. 173

§ I. - De Missis ferialibus in festo S. Marci, diebus Rogationum, Quatuor Temporum et Quadragesimae. 173
§ II. - De tribus Missis privatis in Nativitate Domini, et de binatione 176
§ III. - De Missa privata coram Ssmo Sacramento exposito 180
§ IV. - De Missa privata coram Praelatis 183
§ V. - De Missa privata Ministri Generalis 187

CAPUT III.

DE MISSA VOTIVA PRIVATA 189

§ I. - De Missis votivis privatis in genere 189
§ II. - De Missis votivis privatis in Missali Romano assignatis in specie 195

CAPUT IV.

DE MISSA PRIVATA IN ALIENA ECCLESIA ET IN ORATORIO PRIVATO 202

§ I. - De Missa privata in aliena Ecclesia 202
§ II. - De Missa privata in Oratorio privato. 207

CAPUT V.

DE MISSA PRO DEFUNCTIS IN GENERE 209

CAPUT VI.

DE MISSIS PRO DEFUNCTIS IN SPECIE 212

§ I. - De Missis in Missali Romano signatis 212
§ II. - De Missa privata pro Defunctis 213
§ III. - De Missis de Requie privilegiatis 216
§ IV. - De Missa solemni de Requie 219

CAPUT VII.

DE MISSIS IN ORDINE NOSTRO SOLEMNIBUS 220

§ I. - De Missa conventuali et solemni. 220
§ II. - De Missa Ministri Generalis et Provincialis in occasione pastoralis visitationis dicenda 233
§ III. - De Missa dicenda die Capituli generalis et provincialis. 242
§ IV. - De Missa neo-Sacerdotis 242

PARS QUARTA

De cultu SS. Eucharistiae.

CAPUT I.

DE ASSERVATIONE SS. EUCHARISTIAE 245

§ I. - De Tabernaculo. 246
§ II. - De Pyxide 248
§ III. - De lumine 250

CAPUT II.

DE CONSECRATIONE ET RENOVATIONE SS. SACRAMENTI, ET DE PYXIDIS PURIFICATIONE. 251

§ I. - De consecratione SS. Sacramenti 251
§ II. - De renovatione SS. Sacramenti, et de purificatione Pyxidis 253

CAPUT III.

DE DISTRIBUTIONE SS. EUCHARISTIAE EXTRA MISSAM 254

CAPUT IV.

DE EXPOSITIONE SS. SACRAMENTI 258

§ I. - De servandis in expositione privata SS. Sacramenti. 258
§ II. - De iis, quae pro publica expositione SS. Sacramenti requiruntur 261

§ III. - De ritu publice exponendi et reponendi SS. Sacramentum 264
§ IV. - De expositione Quadraginta Horarum. 272

PARS QUINTA

De actibus et functionibus in aliquibus festis per annum observandis.

CAPUT I.

DE TEMPORE ADVENTUS, NATIVITATIS ET EPIPHANIAE. .. 285

§ I. - De tempore Adventus 285
§ II. - De observandis in Vigilia et in festo Nativitatis Domini 288
§ III. - De observandis in Vigilia et in festo Epiphaniae. 293

CAPUT II.

DE FESTO PURIFICATIONIS B. M. V. ET DE BENEDICTIONE CANDELARUM 295

CAPUT III.

DE DOMINICIS SEPTUAGESIMAE, SEXAGESIMAE ET QUINQUAGESIMAE. 303

CAPUT IV.

DE FERIA IV ET BENEDICTIONE CINERUM.. 305

CAPUT V.

DE TEMPORE QUADRAGESIMALI. 308

CAPUT VI.

DE HEBDOMADA MAIORI 311

§ I. - De Dominica Palmarum 312
§ II. - De Matutino Tenebrarum. 319
§ III. - De Feria V in Coena Domini 321
§ IV. - De Mandato, seu lotione pedum 335
§ V. - De Feria VI in Parasceve 340
§ VI. - De Sabbato sancto 362

CAPUT VII.

DE PASCHA ET TEMPORE PASCHALI. 380

§ I. - De Pascha et eius Octava 380
§ II. - De variandis in Officio et Missa tempore paschali 333
§ III. - De processionibus maiorum minorumque Litaniarum 385
§ IV. - Ab Ascensione ad Octavam Pentecostes.. 388

CAPUT VIII.

DE SOLEMNI FESTO CORPORIS CHRISTI 391

CAPUT IX.

DE RITU PROCESSIONIS IN FESTO PORTIUNCULAE 393

CAPUT X.

DE TRANSITU S. P. N. FRANCISCI 397

CAPUT XI.

DE DIE COMMEMORATIONIS OMNIUM FRATRUM NOSTRORUM DEFUNCTORUM 400

CAPUT XII.

DE DIE COMMEMORATIONIS OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM 406

PARS SEXTA

De sacris functionibus extraordinariis in Ordine nostro occurrentibus.

CAPUT I.

DE ADMISSIONE ET RECEPTIONE AD ORDINEM NOSTRUM. 415

§ I. - De ritu admittendi ad habitum 415
§ II. - De ritu in scrutinio de Novitiis servando.. 424
§ III. - De ritu recipiendi Novitium ad professionem 426

CAPUT II.

DE RENOVATIONE S. PROFESSIONIS 433

§ I. - De renovatione s. professionis quotannis die 6 Ianuarii facienda occasione dedicationis totius Ordinis SSmo Cordi Iesu 433
§ II. - De renovatione s. professionis occasione Iubilaei. 439

CAPUT III.

DE RITU SEU MODO RECIPIENDI PRAELATOS IN ECCLESIIS ET DOMIBUS NOSTRIS. 442

§ I. - De receptione Praelati, seu Legati 442
§ II. - De receptione et visitatione P. Ministri Generalis. 446
§ III. - De receptione ac visitatione aliorum Superiorum Ordinis. 454

CAPUT IV.

DE RITU CELEBRANDI CAPITULA NOSTRA 456

§ I. - De ritu servando in Capitulo generali 456
§ II. - De ritu servando in Capitulo provinciali. 473
§ III. - De ritu servando in Capitulo locali 479

CAPUT V.

DE RITU ADMINISTRANDI SACRAMENTA GRAVITER INFIRMIS, ET DE MODO IUVANDI MORIENTES 483

§ I. - De ritu administrandi S. Communionem moribundis 483
§ II. - De ritu administrandi Extremam-Unctionem 489
§ III. - De ritu benedictionis Apostolicae in articulo mortis impertiendae. 497
§ IV. - De commendatione animae 499

CAPUT VI.

DE DEPOSITIONE CONFRATRIS NOSTRI SEU DE EXEQUIIS .. 500
Index rerum Alphabeticus.. 509